

Dc.

D 104—190 in früherer = Dc 104—190 in neuer Numerierung.

Römische Schriftsteller.

104. 2

Valerius Maximus.

Cod. membr. 98 foliorum in fol. maj. duabus columnis exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Aetatem codicis indicant haec verba fol. 98' col. 2: Valerii Maximi liber explicit. quem ego Marinus de Esculo de Arridonibus scripsi Paduae anno Domini 1405 et die 24. Aprilis tempore Innocentii papae septimi ad laudem omnipotentis dei Amen. — Ab initio adscripta sunt scholia quaedam cum marginalia tum interlinearia, quae ultra secundum librum non procedunt; alia vero manu, quae saeculi 16. initium vix superat pauloque est gracilior, emendationes passim ad marginem notatae sunt. Ad gentem Visconti olim pertinuisse librum fidem faciunt insignia gentilitia in limbo paginae primae picta. Ad Regiam bibl. eum accessisse ex Italia putat Ebertus per Goetzius circiter a. 1747. Varias ejus lectiones annotatae sunt a. 1818 in usum Zimmermanni, prof. Hamburg.

Elect. 58. Regia D 52. Falkenstein p. 251. *Schüllian, Dorothy M. : A preliminary list of manuscripts of Valerius Maximus. Am. Studies in honor of Ullman, Jan. 1960, 105. 81-95. (Bibl. arch. de 177)*

Ovidii metamorphoseon libri XV.

Cod. membr. 186 (non 188) foliorum in fol. saec. 14. exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Versus in fine fol. 186' eadem manu adscriptos habet Goetze in Merckwürdigkk. I 113. Unde aut quando ad Regiam bibl. accesserit, non reperio; in exteriori parte ligaturae conspiciuntur arma Saxonica cum anno 1591. Num hic codex idem sit, quem beneficio Ad. Siberi adhibuerit Bersmannus in editione sua, ei, cujus interest, dispiciendum erit.

Elect. 58. Regia D 54. Goetze I p. 113. Falkenstein p. 257.

106. 2

- a) Ciceronis de finibus bonorum et malorum libri V. fol. 1.
- b) Ejusd. de natura deorum libri III. fol. 59.
- c) Ejusd. de divinatione libri II. fol. 104.
- d) Ejusd. de officiis libri III. fol. 139.
- e) Ejusd. de amicitia liber. fol. 184'.
- f) Ejusd. de senectute liber. fol. 197.
- g) Ejusd. paradoxa. fol. 208.
- h) Ejusd. Tusculanarum disputationum libri V. fol. 214.
- i) Id., de fato. fol. 275.
- k) Ejusd. de legibus libri III. fol. 281'.
- l) Id., de coelo et mundo. fol. 305.

Est idem liber, qui vulgo audit primus quaestionum academicarum.